Hynees fili⁹ Eleazari. cum fornicati fuissent filij israel cum madianitis. adorantes ydola earz ppter quod dñs mādauit suspēdi. xij. principes tribuu. ipse sacerdos dei pcutiēs vnū ex filijs israel fornicantē cum madianita ad mortes placauit iram dñi. Cecideruntqz ppter hoc malū. xxiiij. milia ex israel.

Oelboza fuit pphissa et iudicauit israel. sub qua p-
cussus est Jabin rex chanaan et pnceps exercitus
Sylare. Sylara em de curru exiliēs fugiēs i domū cu-
iusdā mulieris se abscondit. Qui siti fatigat⁹. la. i. po-
tum ab ipā recepit. et cū nimīū bibisset obdormiuit. Il-
la vero dormiēti clauū ferreū p tps infixit. et malleo eū
terra cōfixit postea barach Jabin regē interfecit. Fecit
etiā canticū in gratiā actioē p victoria ppli sui.

Gedeon quartus hebreoz Judex iudicauit israel
annis. xl. pcutit quattuor reges madianitaz scz.
Oreb. zeb. Zebec. et salmanā. et humiliat⁹ e madian in
quoz man⁹ traditi fuerūt filij israel. vij. annis ppter ini-
qtates pristinas qz fecerūt. Angel⁹ em appares gedeo-
ni purgati triticū pñciauit liberatōnē fiendā p eū. qui
angel⁹ virga pcutiēs: carnes ius desup fusum et azima
posita a gedeeone sup petrā: ignē accēdit cōsumens illa
post hec petijt in signū future victorie gedeeon vell⁹ in
area positū rore complere: area sicca remanēte. postea
iterū ecōuerso. qd totū factū est vtz Judi. vi. mortu⁹ est
tandem gedeeon senex et sepultus est in Effraim regiōe
in sepulchro patris sui.

Abimelech quitus Judeoz iudex filius nālis ille
gittim⁹ tñ gedeeonis. suasiit viris sichen vt occide-
rent. lxx. fres suos legitimos filios gedeeonis vt ipse solus
dñaret. Qd et fecerūt sup lapidē vnū decapitātes illos
excepto mīmo dicto Joathan q abscondit⁹ fuit. Ideo eū
dñs mala morte ptre fecit. Qui sychionit⁹ dixit pabolā
de lignis. q iuerāt ad vitē et ficū et oliuā et demuz ad ra-
mnuz: id est sentē vt faceret sibi illos regē. Abimelech
aut dissensionē sumēs postea cū sychionit⁹ ignē sup-
posuit turri sychē ex q nulle mortui sūt. Et demū ipse ob-
sidens thebes cū de muro pcutus fuisset dū prime ve-
nisset ad murū. Mulier quedā fragmentū mole sumēs
caput ipi⁹ repete pcutit. Et cadēs in terrā sauci⁹ armi-
gerū ei⁹ rogauit vt eū occideret ne a muliere interfectus
esse videret. Et ille quidē preceptū adimpleuit.

Ohola de tribu iudā sachar q iudicauit israel. xxiiij. ā-
nis: hñs. xxx. filios isidētes asinus pncipes. xxx.
ciuitatū qb⁹ dedit vxores. post qz israhelite speccantes
dño afflicti sunt multipliciter ab amonitis et madianitis
Morrens tandē in Sanir sepelit⁹.

Osy sacerdos fuit d semie Aaron p lineā Eleazari
q mortuo nutu dei transijt pontificat⁹ ad lineā de
ythamar ānis. i. 20. in qua heli prim⁹ summ⁹ sacerdos
fuit ab ythamar vltimus.

Este yair ex tribu manasse septim⁹ Judex israel ha-
bit. xxx. filios bonos qz pncipes. xxx. ciuitatū cō-
stituit. et quia tpa bona in silētiō et pace transierūt. Pa-
tet qz in dieb⁹ istoz duoz iudicū Dzy et Yair scz: israel
dño adhesit. et ideo cūcta pspere aduenerūt. Et cū duo-
bus et viginti ānis id dignitatē mun⁹ tenuisset senex de-
functus est. Post cui⁹ mortē hebreoz res ad inonestā
vitam et iniuriā dei atqz legum delata est. Quāobrem
palestini eoz puincia cū magno exercitu deuastauerūt.

Linea iudicum
Delboza



Gedeon



Abimelech



Ohola



Jayz



De famosis insulis mediterranei maris.

Sardinia insula a Sardo herculi filio appellata: qui cum innumerabili multitudine libia discessit. Et in tyrreno mari insulam Sardinie occupas que icus a grecis vocabatur de suo nomine sardiniam nuncupavit. Habet autem latitudinis nonaginta octo miliaria. Longitudinis vero. cxx. Alij etiam ambitum quattuor milia stadia esse referunt. Habet enim hec insula multa partem asperam mitemque tranquillam. Reliquam vero rebus omnibus feliciter precipue tritico et pecoribus atque piscibus. Ibi nullus lupus gignitur: nullus serpens reperitur. Est tamen hec insula estivo tempore morbosissima in locis maxime secundis. Continentque multas civitates inter quas principia Calaris est: ubi Coralloz magna reperitur piscatio. Que et longo tempore beatissimi patris Augustini reliquijs illustrata fuit. Ea insula antiquitus nascebant arietes que pro lana pilus caprinus procreabant. quos Musimones vocabant: quorum pellibus Sardi thozacis modo se se muniebant. Antea enim Sardi iolenses dicebantur. Undeque iolen herculis Amasiam ferunt sardum ipsum. et plerosque herculis filios eo adduxisse: et cum accolis habitasse. A quibus postea sardinieses dicti sunt. Illi postmodum imperij dignitatem pernici ex affrica delati sortiti sunt: Qui cum aduersus germanos bellum gererent ab eisdem penitus deleti sunt. Cuius insule dominium romani per multa tempora potiti sunt. multas quoque postmodum clades et direptiones a barbaris pisanis ac genuensibus precessa. tandem in Arrogonensium manus e deducta.

Corsica a Cyrino eiusdem sardi fratre et herculis filio. Qui ut Rabano placet ex libia veniens insulam quam hodie Corsicam dicimus ab eo primum inhabitatam cyrinum a suo nomine nuncupavit. Deinde cum quedam mulier nomine Corsica in Liguria taurum depalceret ipsum animal transnatando mare in insulam pervenit. Mulier autem per tanto sollicita nauigio statim inscissis parietibus illo delata est. Comperitque in pascuis vberibus thauro. delectata insule pulchritudine ibidem habitare constituit. Et a se eam Corsicam nominavit. Cuius insule longitudo clx. miliaria est. Latitudo vero. lxx. Ambitus autem ipsius tria milia et duceta stadia. Hec quippe insula in Iygustico mari est. sed a septentrione thulesco propior. Inter hanc et Sardiniam insulas interiacent. xx. miliaria. Secundum autem plinium in tercio libro tantummodo noue. Ea quippe insula tempore Strabonis ut ipse scribit maligne colebatur. Et multis in locis inaccessibilis adeo erat: ut que eius montes inhabitabant vitam latrocinijs degentes beluas immanitate superabunt. In manibus per modum romanorum deducta cum feracissimas multas in locis reperissent: multas in ea erexere civitates. In ea nunc sex non ignobiles extant civitates diu post varios casus Corsi acti. et a mauris que maxime oppressi. Ademarum quidam genuensis dux eam liberavit. Et tempore Caroli magni in manus genuensium devenit. Sed postmodum florente pisanorum republica. per aliquod tempus eisdem paruit. Interdumque ecclesie romane: tandem superatis pisanis in manus genuensium iterum pervenit et nunc usque durat. Hec ipsa (ut aiunt) insula: preter optimum vinum alios fructus suavissimos gignit. Habundatque bobus: capris et ovibus ac alijs animalibus.

bus. Et inter cetera canes ferocissimos producit.

Creta insula in qua Cres siue Orius demogorgonis (ut quibusdam placet) filius. Primus Crete insule rex regnavit ut Eusebius scribit. et a se cretam nominavit. Primo a celi temperie Aerea dicebatur: postmodum Macoroneson id est beata insula. Alij autem a creta hesperidis filia de nominatione accepisse eam dicunt. Sunt que a tenaci terra que creta appellatur. quia ibi melior reperitur dicta. Ea insula nunc venetis subdita est. Et ad principatum grecie preclara sita. circumcincto namque imminet mari. Hec ut ysidorus ponit quondam centum insignibus urbibus insignata fuit. Et curetes Enosum civitatem et Cybelis deorum matris templum in ea condiderunt. Ipsaque prima remis et sagittis valuit. Studium quoque musicum in ea ceptum fuit. Capris copiosa est ceruorumque agitat lupos et vulpes. Aliaque ferarum noxia nusquam gignit. Serpens ibi nullus: nulla noctua ibi invenitur. Et si inveniat statim emoritur. Abest autem modicum a peloponneso que est archadia. in medio enim mundi esse dicitur. Nam illi a septentrione egeum mare est. ab occiduo Ionium seu Adriaticum que europe sunt maria. Ab oriente autem est illi icareum mare atque egyptum que Asiatica maria sunt. Et a meridie denique et occiduo affro abluit ponto.

Sicilia a siculo Neptuni filio: qui in eam insulam veniens post sicanum fratrem ibidem regnare cepit. Et a se insulam siciliam denominari voluit. Primo ipsa Trinacria dicebatur. deinde a sicanio Sicania hec italie olim pars fuit: sed terremotu superveniente (ut plinius ait) ab italia divisa est quibusdam vndis interuenientibus et sine requie fluctuantibus. Que et triangularis est et in angulis tria promontoria habere dicitur. Ex quibus unus ad meridiem vergit. qui et pachynus dicitur. Alter ad septentrionem spectat et pelorus vocatur. Nec plus distat ab italia quam mille quingentis passibus. Alius autem in libiam et occasum tendit atque in ipsam carthaginem maxime spectare videtur. Nec ab affrico litore plusquam centum viginti milia passuum distare constat. Vocaturque lilibeus. Et ibi tres montes tria insule latera constituunt. unum quidem ad affricam exponunt. Reliqua vero duo latera versus italiam coartantes. Insulas in pelorum deducunt. hanc antiqui rome horreum vocaverunt. Que omnibus in rebus superior alijs italie partibus habita est. utpote frumento. Croco. Melle. aliisque per multis. Et non fructibus modo sed et pecoribus. pellibus. lana et caseo.

Cypus insula a Cethin qui fuit tercius filius Iavan et nepos Iaphet Cethina dicta cum primum eam habuit. Hec inter ceteras insulas celeberrima. rerum enim omnium habundans: et veterum divitijs ornata. Et propterea luxuriam plurimum dedita: ob quod veneri sacrata fuit. Cypus autem cadentibus rebus romanis diu sub imperio grecorum fuit. Qui post Constantinum apud Bizantium regnauere. Ricardus anglie rex grecos ex insula deiecit cum hierosolimam classe petens: eo tempore pestate delatus portu prohibere: Indignatus enim arma que in saracenos parauerat in grecos vertit. eisque insulam abstulit. Spoliataque firmo suorum presidio communita reliquit. Nec diu postea Guidoni lufignano genere gallico: Qui de

Tercia etas mūdi

hierosolimitano regno contendebat: eas pmissit. Quā ille ab anglico acceptā sibi et posteris suis vsq; in varia tempora obtinuit. Post varias successiones regnū ad duos fratres puenit. Quorū alter nomine petrus Classe instructa cum Catelanis et gallicis alexandriā egiptiorū inuasit. Ingressusq; urbē medias diripuit: et quāuis occurrentibus maximis egiptiorū copijs: fuge se commiserit. Ingentem tamē predā et ditissima spolia reportauit: nec diu postea a fratre interfectus est. Nulla em̄ sancta repitur regni societas. Eruentus fraterno sanguine rex constituit. sed neq; ei longo quies fuit. Post hec perpeffa est hec insula magnas calamitates. nunc autē sub domino venetorum habetur.

Cuboya insula nominatissima quā nostro seculo Nicropontem dicimus in qua ciuitas Chalcis quā quidē Cecrope. Alij (vt Cicero deorum natura libro. 3.) ab Alabando conditam dicūt. Plato vero in thimo Amasim regē Egiptum eiusdem urbis conditorem dixit. Hec cum eiusdem insule metropolitana et celebris atq; pugnatissima esset a Mahumeto Ottomāno Turcorū principe venetis ablata fuit. In ea quippe Cecrops rex primus Appollinem deum appellauit. Simulacra reperit. Et aras ibidem instituit atq; victimas imolauit. Ibi etiam preter tres filias et quartā genuit nomine Phrigiam que inde traiciens Phrigiam a se habitatā denominauit. Eam autem calcidē cepit Mahumetus turcorū imperator quartodecimo. kal. Junij Anno salutis. i. 471. prodicione cuiusdā thome liburni cum magno xpianorum et maxime venetorum damno. Ubi prohdolor omnes puberes italicos ibi inuentos acutis palis transigi fecit. et grecanā gentē sub hasta vendere pcepit.

Al in gallia quas referre conueniat sole insule sunt Stoecades ab ora ligurū ad māsiliā vsq; disperse. Baleares in hispania cōtra tarraconensia littoza site nō longe inter se distāt vsq; ad euerfionem frugum cuniculis anialib; quondā copiose. Et ex spacio sui cognominib; acceptis maiores minoresq; perhibent: Castella sunt in minoribus Samo et Mago: In maioribus parinar et polentia colonie. In atlantico quoq; mari vsq; occasum gorgadum sunt insule Has incoluerunt gorgones mōstra. Et sane adhuc monstruosa gens habitat. distant a continēti bidui nauigatione. Prodidit deniq; Xonophō lampfacenus Harmenopem regem in eas pmeauisse. reptasq; ibi feminas aliti pernicitate: atq; ex omnib; que apparuerunt duas captas. tam birto atq; aspero corpore. vt ad argumentū spectande rei duarum cutes miraculi gracia inf donaria iunonis suspenderit: que durauere vsq; in tempora excidij carthaginensis. Ultra gorgadas hesperidum insule (sicut Sebosus affirmat) dierum. xl. nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas contra leuam mauritanie tradunt iacere. Quas iuba sub meridie quidem sitas: sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magnum mirum reor: sed infra famam vocabuli res est. In prima earum cui nomen est embriona: edificia nec sunt nec fuerunt. Juga montius stagnis ma-

descunt: ferule ibi surgunt ad arboris magnitudinem: earum que nigre sunt: expresse liquores reddunt amarissimos: Que candidē aquas euomunt etiam potui accomodatas: Alteram insulam Junonias appellari ferunt. In qua pauxille edes ignobiliter ad culmen fastigiata. Tercia huic proxima eodē nomine nuda omnia: Quarto loco capzaria appellatur enormibus lacertis plusq; referta. Sequitur inuaria aere nebuloso et coacto: ac propterea semp nivalis: Deinde canaria repleta est canibus forma eminentissimis In ea edificiorum durant vestigia. Auium magna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mellacea: Amnes syluris piscibus abundātes. Perhibēt etiā expui i eā vndosi mari belluas: deū cuius mōstra illa cum putredine tabefacta sunt: omnia illic infici tetro colore. Ideoq; non penit ad nūcupationem sui congruere insularum qualitatem.

Cassiterides insule spectant aduersus celtiberie latus: sic dicte a grecis (vt plinius habet) a fertilitate plumbi in capite vero bethicevbi extremus est noti orbis terminus insula a continēti septuaginta passibus seperatur. Quā tyrij erithreas: peni lingua sua gadir nominauerunt: De alijs insulis in generali descriptione habitum est in superioribus.

Post insularū famosarū maris mediterranei ac aliarū descriptionē pauca de latitudine terre subiungem.

Latitudinem terre quatenus habitataz existimant maiores nostri in septem climata diuiserūt. Quorū primū ab insula Aethiopia vsq; ad Sienam p milia passuū quadringenta et quadraginta ptendit. A cuius fine Secundū incipēs in alexandria egipti finit. quadringentis passuū milib; amplius. Tercium in rhodo desinit. Huius latitudo tercētis et quinquaginta milib; passuū extenta est. Quartū rhodiense appellant: eiq; trecēta milia passuū latitudinis attribuūt. Quintū romani ducentorū et quinquaginta milia. Sextus ad Boristenez vsq; annem pducūt. ducētis et duodecim milibus patens. Septimū ad Ripheos mōtes p milia passuū centū et octuagintaquinq;. Atq; ita oim climatū latitudo sup vices centena cētum quadraginta duo milia passuū complectit. Quēadmodum his visum qui de terre climatibus scriptitarūt. Longitudo climatū ab ortu in occasum protrahit. Tantūq; alterut ab altero superatur. Quantū ab equinoctiali circulo procul abest. Haud tamē his climatibus omnis habitabilis continetur. Siquidē longe ultra Aethiorem degere homines et ptolomeus et multi alij prodiderūt. Et ultra septimum clima quod Ripheis montib; terminatur: magna pars germanie sita est. Et tota Noruegia: ipsaq; britannie insula atq; hibernie. In quibus maximū dies haud min; quā duas de viginti horas assumūt. Quas in septimo climate terminari quidē decem tradiderūt: An vero sub equinoctio habitatio sit: Indiscussum nunc relinquimus. hystoriam temporū prosequentes.

Darius regia et inclita Galliarū vrbs in Senonensi prouincia post Troyanū excidiū habuit initium. Nam parides cum Enea e troya secedens: vnaq; cum francoe hectoris filio in Gallias p̄fiscens iuxta sequane fluiuium consedit et ibi populū constituēs a se parisios nominauit. Franci quidē ab origine Troiani fuerūt: Qui delecto Ilio duce priamo magni p̄ami ex sorore nepote p̄ pontū eutinū et Meotidas paludes i scythia puenere. Ibiq; ciuitatem quā Sicambriam vocauerē edificarunt. Quo in gentem magnā coaluerūt. Manseruntq; romanis vectigales vt alij scythe vsq; ad tempora valētiani Cesaris. Quo imperante Alani vexare imperiū ceperunt. Eo tpe libertatē in decēnium imperator p̄misit vt alanozū ferocitatem cōpesceret. Allecti eo premio sicambri arma sumpserunt, et alanos victos bello delerē. Ideo libertati donati mutato nomie franci appellati: quod attica lingua, siue feroces, siue nobiles sonat. Itali frācos liberos vocāt. Exacto decennio: cum romani solita tributa repeterēt: franci ob eam libertatem effrenes facti parere recusarunt. Hoc ergo francozū genus cum ex scythia in germaniam venisset: Ibiq; diu con-

sedisset germanicum effectam est. Verum cū crederet imperiū ita et francia aucta est adeo vt tota gallia ferme et magna germanie pars a montibus pirrenis vsq; ad p̄anonie terminos francia diceretur. Nam quicquid francis suberat frācia vocabatur. Et in duas partes diuisa fuit. Nam quod est gallie, occidentalis francia dicebatur: quod germanie orientalis. Hec gens sub Carolo magno romanū imperiū meruit. Qui afflictam lambartico bello sedem apostolicam cōsolatus est. Sunt multi qui francos eos solummodo esse volunt. Qui circa parisius habitant. Et illis datum imperiū esse volunt quos rectius francigenas quis appellauerit. Que vrbs p̄ tempora a regibus habitata in maximam et potentissimam euasit ciuitatem. Cui postmodum Carolus cognomēto magnus ob loci cōmoditatem imperiali diademate suscepto romanozū vniuersale Gymnasium condidit. Et a dyonisio Antopagita episcopo ab aplis eo vna cum Rustico et Eleuterio dyacono predicationis gratia directo sacrum xp̄i euangelium suscepit. Et ibi coronā martirij sustinuit. Ornat hec ciuitas clarissima reliquijs bathildis reginē et Auree virginis aliozūq; plurimozū martyrum.

Parisius



Tercia etas mundi

Maguncia Metropolitana vrbs Germanie: Eam a maguntio quodam Troyano inuicium et nomen tempore troyane cladis habuisse Carinus in cronicis tradit. Hec inter belgas Germanie ciuitas est. et rheni rippas attingit. Famam ei? clare auxit Drusus nero germanicus. cum bellum aduersus germanorum trans rhenum ciuitates gessit: Et ex fractura equo super crus eius collapsio. xxx. die qua id acciderat mortuus est: Corpus ei? a Nerone fratre qui nuncio valitudinis euocat? raptim accurrebat. Romanam deuectum: et in C. Julij tumulo recoditur de mole drusi circa rhenum tacitus et alij mentionem faciunt. Hoc manifestant Maguntie drusilatum et alie antiquitates. Quidam a paulino pompeyo Romanorum legionum in germania duce sub Nerone imperatore perfectam dicunt huius ciuitatis archiepiscopus ad Imperatorem romanum eligendum prestat suffragia: Habet hec vrbs virum sanctissimum Albanum martyrem. Prope hanc ciuitatem Franckfordia nobile emporium est: in quo superius cum inferis

germani conueniunt bis singulis annis. Ibiq; imperator elegitur ex veteri consuetudine. Eas autem plabitur. haud ignobilis amnis quem moganum vocant. Ptholomeus hunc fluum obrigma appellat. Qui superiores germanos ab inferioribus eundem diuidere affirmat. Neq; alius fluuius est qui eam diuisionem apertius q; moganus efficere possit. Et hodie quidem inferiores germani vsq; ad Maguntiam procedunt. Abinde superiores vocantur. Moganus vero ex montibus bohemie vicinis ortus de regione Moguntie in rhenum exonerat. Ob quam rem non defuerunt qui Moguntiam a mogano fluuio dici crederent. Edes autem amplissime more romanorum Moguntie: et basilice ornatissime cum arce episcopali. et plura memorie digna in ea visuntur. Et aliqua propter bella devastata.

Maguncia



Linea Christi
Boos



Boos 3825.



Boos 3875.



Boos 3925.



Boos 3975.



Regnum Lacedemonioru oritur vbi primum regnavit Euristens et regna-
uit annis. 42.

Euristens



Boos si-
lius sal-
mon nascit an-
no patris sui.
48. mundi sm
lxx. 3775

Regnum
Corinthi-
orum orit vbi
Atlethes pri-
mum regnavit
grecus lictator
victoriosissi-
mus. cu se plu-
rimum posse i-
corintho vide-
ret. et populum quo vellet aut vi aut per-
suasione pducere imperiu sibi assumpsit

Atlethes



Elimelech



Noemi

Teyhon



Maalon

Ruth

Boos 2975



Nota q hic fit saltus per euangeli-
stas: quo ad boos 2 obeth. quia ad-
minus inter eos fluxerunt. 272. Anni
quod tempus ad vnum hominem refer-
ri non potest. Et ideo hic quinquies po-
nitur Boos magis ad denotandum tem-
pus q rem gestam. Nicolaus tamen de ly-
ra dicit q iuxta veritate hystorie fuerunt
tres boos sibi vicissim succedentes: sed h-
pro solido astrui non potest quia non ha-
bet ex canonica hystoria. Sed hoc est cer-
tum q inter principiu iudicatus Josue.
quando Salmon accepit Raab. que peperit boos: vsq ad nauitate dauid flu-
xerunt anni circiter. ccc lxxij. Ubi tm nisi tres ab euangelistis generatōes ponunt.

Ruth Moabithides genere fuit. Que viru nomie Maalon genere iudeum
Rex Bethleem ciuitate natu accepit maritu. Cui viri pater Elimelech fuit.
Mater noemi. qui fame terre sue ferre non valentes in terra Moabitaru cu duo-
bus filijs suis migrare. Ibiq dum cucta eisdē bene pcederet filijs suis Moa-
bitidas dedere vxores. vni scz Chelion Orpbam: z Maalon Ruth. Transactis
deinde. 7. annis Elimelech z duo filij ei mortui sunt. Neomi aut amare ferēs
infortuniu suu in terra sua iuda regredi pposuit. Sed ei nur deseri se ab ea nō
tollerabat: nūc ipa sine eis pficisci nō poterat. Tandē vna remanete. Ruth ipsa
cū remanere nō potuisset. Neomi sociā sociā sibi duxit in Iudēā. Cūq in bethle-
em ingressē fuissent Boos Elimelech cognatū suscepit eas in domu suā. Proce-
dente deinde tpe Boos cū didicisset Ruth vxorē fuisse cognati sui defuncti: z ipse
sine vxore esset: scdm legē Moysi duxit. Quo facto post annus peperit ei filium
Quē Neomi sociā sumēs suo cōsilio vocauit euz Obeth. eo q in eius senectute
nutriretur. Inde et ipse obeth genuit Jesse ex quo natus est dauid.

Tercia etas mundi

Linea pontificū

Zaraya



Adeyratob



Amarias



Achirob



Esti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt summī sacerdotes. sed **Sadach** de eis descendit: quē salomō constituit summū in pontificatum: reiecto pri^o abyathar de sacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Septe illegittim^o princeps latrocinātū. fact^o est dux exercit^o a galaaytidis vt pugnaret contra amonitas. et missis pri^o nūcijs **Septe** ad regē **Amon**: ratio ne ostēdens iniuste eos vsurpare velle terras eis a dño cōcessas. cū nollet euz audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria accessit cōtra amonitas et debellauit eos. **E**ui reuertenti occurrēs filia virgo cū tympano: vt votū seruaret ymolauit eas. stult^o in vouēdo. impi^o in implēdo. **J**udicauit autē **Septe** israel. vi. ānis iudex septim^o. post quē iudicauit. viij. **A**besan de bethleem annis. vij. babēs. xxx. filios et totidē filias. **P**ost quē iudicauit. ix. **A**byalon sabulonites annis decē. **J**udicauit post illum **Abdon**. viij. annis hñs xl. filios **J**udex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima i affrica a **Cartha** oppido (teste **Serui**) no men assumpsit. Et apud grecos. **Καρθηδων** scribit. **C**ōstructa primū a didone belti regis tyriorū filia: annis septuagita trib^o anteq̄ roma ipsa cōstrueret vt dixit **Justin^o** libro. xvij. **Q**ue pri^o a bouis corio **Byrsa** dicta fuit. qz p illa edificāda tantū loci dido emerat a rege **hiarba**. q̄tum corio thauri tegi posset. dicēte **virgilio** libro **Eneid.** primo. **M**ercatiq; solū facti de noie **byrsam**: **T**aurino. q̄tum posset circū dare tergo. **C**orū em illud in tenuissimos filis sel cari fecit. quo loco multū circū dedit vocātes illū locū lingua phenicia **byrsam**. i. coriū: que postea mutato vocabulo **Carthago** dicta est. **C**icero quoq; de natura deozum libro secūdo. **P**ostq; tres bercaules declarauit. **Q**uart^o inq̄t fili^o **Jouis** et **Asteris** sororis **latone** qui **Carthaginē** filiā genuit a qua **Byrsa** quā dido cōdidit **Carthago** vocata est. **H**ec eadez teste **Plinio** libro. xv. naturalis hystorie centus viginti annis romanis emula fuit. **P**luries em destructa: **P**luries instaurata. **F**uit autē hec inclita ciuitas vetustate originis magnitudine et claritate ante omnes affricę et hyspanie puinciarum vrbes memorāda. **P**rimo autez excidio **Scipio** iunior magni **Scipionis** nepos in tercio bello punico cōsul fact^o sex cōtinuis dieb^o ac noctib^o illā oppugnauit et vltra desperationē tandē ciues in deditiōnē traxit. petētes vt q̄s belli clades reliquos fecerat fuisse saltē liceret. **E**o i bello mulierū viginti q̄nq; milia: viroz vero trigita trucidata fuisse referūt: **H**as **drubal** autē eoz rex vltro transfugiēs ei^o vxorē. se suosq; filios in mediū iecit incēdiū. quod sexdecim cōtinuis dieb^o arsit. **E**t miserū (vt **Liui^o** ait) etiā victozib^o p̄buit spectaculū. et tūc **Carthago** sexcētesimo octauo ab ei^o cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. **V**erū postq; euersa fuit vigesimo scōo anno **lelio** **cecilio** motello. et **L. Q.** flāmineo cōsulib^o repari iussa est. qua repata **Romani** ciues eo mlti deducti sunt. **S**ed vt idē **liui^o** inq̄t intra breue tps **E**t̄na vltra solitū flāmeos ignes euomēs calidis cinerib^o exusta est. tecta destruxit. **E**ui^o subleuande calamitat^o causa **Senat^o** **Ro.** decē annis ei vectigalia remisit. **M**ultas etiā p tpa **Bethozū** calamitates ptulit. **T**andē in **M**auroz man^o deueniēs regū sedes. et regia nūc vsq; habita est. **Q**ue et vernacula lingua **Tunicū** appellata est.

Carthago



Bine iudice
Linea Iudicum
Yepte



Abessan



Abyalon



Abdon



Saul primus iudeoru rex. Cis de tribu beniamin filio duodecimo sacerdotij Samuelis anno a domino in regem electus. Regnavit cum ipso Samuele annis. 26. Sic a principio vir bonus. deinde mandata dei contempnens ex rege tyrannus et oppressor suorum subditorum evasit. Tandem post multas dauid regi persecuciones illatas cum contra palestinos in monte Helboe Syrie. puerie pugnaret ab eisdem fusus et super suis omnibus pene prostratus. postremo et ipse graviter vulneratus in euaginato gladio irruens mortuus est. Hoc videns eius armiger seipsum interfecit.

Quid se presentate sauli Jonathas filius ibi presens maxima amicitiam cum dauid contraxit ita ut omnibus vestimentis suis faceret eum indui. ascendentibus autem Saule et dauid cum populo in bellum cum victoria et choris puellarum cum musicis cantantibus in obviam eorum. Saul percussit mille. et dauid decem milia. contristatus est ex invidia: timens ne regnum deveniret ad eum. et quadam die profallente coram eo in cythara: Saul lancea quasi eum transfigere. Postea autem fecit eum tribunum super gentes armorum. Promisitque saul dauid dare sibi uxorem filiam suam Michol: si ei afferret centum precipua philistinorum: scilicet eos occidendo. intendens ex hoc morte dauid inferendam a philisteis. qui assentes attulit ducem precipua: occidens illos in bello iusto: quia inimici erant populi israel. Jonathas autem valde diligens dauid verbis suis resiliavit eum patri suo sauli: quem querebat occidere. Et cum in bello habito contra philisteos: dauid fecisset plagas magnas in philisteos: Saul iterum quasi eum transfigere dauid cytharizante coram eo: Sed deus declinavit ictum: fugientemque ad domum cum saul missis satellites ad capiendum eum et occidendum Michol uxorem suam nuntiavit ei: et emisit eum per fenestram. Cumque nuntiatum fuisset sauli quod esset in aith cum Samuele misit apperitores ut caperent dauid presertim et varios tribus vicibus. qui cum veniebant inveniunt prophetas cum samuele et dauid. et ipsi cum eis prophetabant laudantes deum. demum ipse saul accessit: qui etiam simul cum illis prophetavit nudus se expoliatus.

In iudicatu illorum trium scilicet Abessan Abyalon: et abdon: tria queta fuerunt et ideo nihil notabile actum est tunc in israel. Sed nota quod istum Abyalon. lxx. non habuit nec etiam aliam tempora sine iudice superpositum. Et ista tempora assignat Josue qui non habet tempora specialiter distinctum. secundum hebraicam veritatem. et ita concordat supputationes annorum secundum quemlibet alioquin errabis.

Arrat Augustinus et Boetius in de philosophico consolatu li. iij. Metro. iij. Quod Alex rediens de bello troyano decemio erravit in mari. Nam cum in extremo Italie

Primus rex israel
Saul



Sycilia versus cum unica nave fortune gratia ad insulam in qua magna Circes domina pulcherrima que filia Solis dicebatur habitavit applicuit et intravit. Ista per incantationes et carmina miscuit quedam pocula: per que omnes bibentes transmutavit sic voluit a natura humana in bestias. Unde statim socii vlixis porrexerit de potatione sua. unde et alium mutavit in aprium alium in leonem. alium in ceruam.



Vlixis vero cederat mercurio (qui suus et archadie de dicitur) unum florem cuius virtus fuit contra tales incantationes resistere. Unde nihil passus. magam insequit et eam ad reparationem sociorum euaginato gladio coegit. Hunc vlix bonam in hispania Solinus condidisse scribit. Et ab ipso vlix: vlix bonas nomen accepisse. De eius erroribus penelopeque uxoris casibus homerus. xxiiij. libros diuinos carmine scripsit. Quos odyssee volumen appellavit.

Tercia etas mundi

Linea potificum

Heli



Phinees



Achitob



Achimulech



Sibyathar



Este heli sacerdos et iudex. habuit hos duos filios scilicet. Phinees et Phinees. et quia in arguendis filiis tepidus fuit. ideo reprobatus fuit a domino. Auditaque strage filiorum et Arham captam a philisteis de sella cadens. fractis cervicibus expiravit pro dolore dum octo et nonaginta virisset annos.

Samson duodecimus et ultimus iudicum israel. Iudicavit annis. 20. Hic hebreorum fortissimus fuit patri suo Manue nasciturus per angelum fuit annunciatum Nazareus. vxore ducta in thannata pabola de leone conuictis proposita. et per dolum mulieris soluta. cum segetes hostium incendisset. et mille viros mandibula asini aqua dante trucidasset. Tandem dolo Dalide rasis crinibus a philisteis captus. Renatis crinibus concussa domo plures stravit mortuus quam uiuus. Concussis enim columnis tota domus super principes uniuersos cecidit et tria milia hominum extinxit. inter quos et ipse una cum eis defunctus est. Venientesque fratres eius sustulerunt corpus et sepe lierunt in sepulcro patris sui.

Achitob filius Phinees filij heli fuit pater Achimelech quem percussit Saul cum omni domo sua propter dauid ut patet super.

Dest samsonem iudicavit Heli. qui et sacerdos et a digniori sacerdos est nominatus non iudex. Translato ergo sacerdotio a filiis Eleazar. hic primus de filiis ythamar arripuit. Forsitan ipsemet factus iudex sacerdotium ad se transtulit. Cepit autem iudicare anno ab exitu de egipto. ccc lvi. etatis autem tercie id est ab Abrahamo d ccc lxi. mundi vero bis millesimo. d ccc ix. Et iudicavit annis. xl. huius temporis pertinet hystoria ruth de qua super.

Samuel sanctissimus propheta domi hebreorum sacerdos et iudex post hely sacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane et Anne vxoris eius filius fuit. Cuius helcana habuit duas vxores: scilicet Annam et Phenennam. Anna autem sterilis erat. sed tamen magis a viro diligebatur. Phenenna vero secunda propter quod exprobrauit anne de sua sterilitate: super quo contristata valde accessit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderet ab hely sacerdote: quod ut ebria oraret: illa humiliter excusauit se indicans suam afflictionem. Exaudiuit autem dominus orationem anne et dedit ei filium masculinum scilicet Samuelem prophetam quem ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi misit eum ad seruiendum in eo. Qui a puericia usque ad senium digne domino deo ministravit. Qui tandem cum iudicasset israel annis quadraginta. Secundo ante obitum Saulis anno diem suum obiit. quem singuli ex populo israel tanquam patrem suum fleuere parentem. Eius autem corpus in Ramatha sepultum fuit.

Linea Iudicum

Samson



Hely



Samuel



Neapolis



Neapolis vrbs vetusta atq; p̄clara Campanie: olim parthenope dicta. Cui⁹ originē Tit⁹ liui⁹ i octa-
 uo refert in cumais his verbis. Palepolis fuit haud p̄cul. vbi nūc Neapolis ē duab⁹ vrbib⁹ idē
 pplus habitabat cumis erāt oriūdi. palepolimq; quā tenerēt greci dicit infra liui⁹ a publico plan-
 tio cōsule captā fuisse. ⁊ infra Jaz publi⁹ inter palepolim neapolimq; loco opportune capto diremerat ho-
 stibus societate aurelij mutui. Quidā tñ scribit eā regiā ciuitate a dyomede rege in littorib⁹ maris cōditas
 fuisse. Que postq; romanis se sbiecit: eisdē alijsq; principib⁹ ⁊ dñis fidē semp seruauit. Liui⁹ q̄s dicit Nea-
 polim auxilio nolanoꝝ romanis deditā fuisse. Alii vero sūt semp postea Neapolitani erga romanos ⁊ alios
 dños cōstātissima fide. Primū romana republica canēsi clade cōsternata cū ad hierionē iam hyeme impen-
 dente cōsisteret bellū neapolitani legati romā uenerūt ab his q̄draginta pathere auree magni pōderis in cu-
 riam delate. q̄s quidē senat⁹ cōtra morē suū accepit. ⁊ neapolitanis grās egit. Cūq; hanibal Neapoli sum-
 mope potiri q̄sierit: Neapolitani in romanoꝝ ptib⁹ p̄stiterūt. floruit autē semp postmodū neapolitana vrbs
 romana re sub cōsulib⁹. ⁊ pariter sub p̄ncipib⁹ integra adeo vt apud eā graues viri animoꝝ a curis laxamē-
 tum quererēt. Et discoli lasciuie diuersoꝝ. Suetoni⁹ de nerone reuersus e grecia neapolim. q̄ in ea primū
 artē musicā ptulerat. albis equis introijt disiecta pte muri. Sed ⁊ viros videm⁹ lris celebratos. Virgilius
 diu. Titū liuiū aliqñ. ⁊ horaciū Neapoli moratos fuisse. Et Serui⁹ asserit virgiliū scripsisse Georgica nea-
 poli quā parthenopē appellauit: francisc⁹ q̄s petrarcha prestanti vir ingenio. a Roberto rege neapolitano
 gallicana oriūdo p̄genie rogat⁹ Neapolim bis se cōtulit. Sed a trecētis annis citra regia dignitate insigni-
 ta. Habet nūc neapolitana basilicas. menia ⁊ arces ⁊ publicas ⁊ priuatas edes supbas. ⁊ ceteris italie ma-
 iorib⁹ cōparādas. In q̄s preclarūq; virginis clare mōsteriū. qd a sancta Arragonie regina Roberti regis
 incliti vxore edificatū. facile oīa italie mōsteria antecellit. Eiq; primū esse videt⁹ sancti Martini extravrbis
 menia Cartusiēse cenobiū edificij magnificētia pulcherrimū. Cōstat tñ arcē vnā. Castellū nouū appellat⁹
 mari imminētē Alphōsi regis laude ⁊ memoria dignū op⁹. Ceteris q̄ i italia nūc extāt veterib⁹ siue nouis
 opib⁹ monumētis ⁊ structuris p̄ferendū eē. Si turriū ei⁹ muroꝝq; altitudinē ⁊ crassitudinē ⁊ pulchritudi-
 nem. siue aularū cubiliūq; ⁊ singularū ei⁹ parciū amplitudinē ⁊ ornāmēta perit⁹ eiusmodi rerū existimet.
 Vesuu⁹ q̄s mons cāpanie. ab omni alio mote solut⁹: Neapoli ad q̄tuor milia passūū p̄xim⁹: Vinetis oliue-
 tis ⁊ quibusdā fructiferis arborib⁹ refert⁹. S; p̄ceteris vini vbertate admirabil. qd iam grecū vocāt. Eru-
 ctauit qñq; cineres ⁊ incēdia in formā pumicearū arenarū. Ita vt ex illis campi vsq; ad arborū cacumia intu-
 muerint. Et t̄pibus Traiani impatoris plinius scōus ex Messanensi classe cui p̄erat ad visendū hoc specta-
 culum propius accederet ab incendio absorptus est.